



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum liceat parentibus verberare filios, & dominis seruos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

In oppositum autē est, quia membra sunt, ex quibus integritas corporis totius confurgit. Cōstat autem non esse integrū corpus, cui deest unius digitus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum mutilare aliquem membro suo, in aliquo casu suo possit esse licitum.

Ad PRIMVM sic proceditur. Videtur quod mutilare aliquem membro suo in nullo casu possit esse licitum. Damascenus dicit in 2. lib. quod peccatum committitur per hoc, quod receditur ab eo, quod est secundum naturam in id, quod est contra naturam: sed secundum naturam a Deo institutum est, quod corpus hominis sit integrum membris: contra naturam autem est, quod sit membris diminutum. ergo mutilare aliquem membro, semper uidetur esse peccatum.

¶ 2 Prater. Sicut se habet tota anima ad totum corpus, ita se habet partes anime ad partes corporis, ut dicitur in 2. de anima: sed non licet aliquem priuare anima occidendo ipsum, nisi publica potestate. ergo etiam non licet aliquem mutilare membro, nisi forte secundum publicam potestatem.

¶ 3 Prater. Salus anime preferenda est saluti corporali: sed non licet aliquem mutilare se membro propter salutem anime: puniuntur enim secundum statuta * Niceni concilij, qui se castrauerunt propter castitatem conferuendam. ergo propter nullam causam aliam licet aliquem membro mutilare.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente, manū pro manu, pedem pro pede.

RESPON. Dicendum, quod cum membrum aliquod sit pars totius humani corporis, est propter totum, sicut imperfectum propter perfectum. Vnde disponendum est de membro humani corporis, secundum quod expedit toti. Membrum autē humani corporis per se quidem utile est ad bonum totius corporis: per accidens tamen potest contingere, quod sit nocuum, puta, cum membrum putridum est totius corporis corruptiuum. Si ergo membrum sanum fuerit, & in sua naturali dispositione consistens, non potest praescindi absque totius corporis detrimento: sed quia ipse totus homo ordinatur ut ad finem, ad totam communitatem, cuius est pars, ut supra * dictum est, potest contingere, quod

abscissio membri est in detrimentum totius corporis, ordinatur tamen ad bonum communitatis, in quantum alicui infertur in penam adhibitionem peccatorum. Et ideo sicut per publicam potestatem aliquis licet priuatur totaliter uita propter aliquas maiores culpas: ita etiam priuatur membro propter aliquas culpas minores. Hoc autem non est licitum alicui priuare personam, etiam uolente illo, cuius est membrum: quia per hanc communitati, cuius est ipse homo, & ceteris eius. Si uero membrum propter totius corporis corruptiuum, tunc licitum luntate eius, cuius est membrum putridum, praescindere propter salutem totius corporis: uniuersique commissa est cura propria. Unde ratio est si fiat uoluntate eius, ad curam de salute eius, qui habet membrum: uero: aliter autem aliquem membro omnino illicitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil id, quod est contra particularem naturam, dum naturam uniuersalem, sicut monstratur in rebus naturalibus est contra particularem eius, quod corrumpitur, cum tamen sit contra naturam uniuersalem. Et similiter mutilatio membri, est contra naturam particularem corporis eius, qui mutilatur, est tamen secundum naturam rationem ad bonum totius corporis.

AD SECUNDVM dicendum, quod tota natura non ordinatur ad aliquid proprium, nisi ad ipsam potius omnia quae sunt ordinantur. Et ideo priuare aliquem uita, non pertinet ad aliquem, nisi ad publicam potestatem, nisi ad bonum communitatis. cūcissio membri potest ordinari ad proprietatem unius hominis. & ideo in aliquo casu potest pertinere.

AD TERTIUM dicendum, quod membrum praescindendum propter corporalem salutem, nisi quando aliter toti subueniri non potest: tunc spirituali semper potest aliter subueniri per membri praescisionem, quia peccator uoluntati: & ideo in nullo casu licet membra scindere propter quodcumque peccatum. Vnde Chrysostr. exponens illud Marth. 18. nudi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum, dicit, Non per membrorum abscisionem cogitationum intererunt: sed membra scissioni enim est obnoxio, qui membra scindunt enim homicidae sunt, qui scindunt membra, sed molestior. Aliunde enim habet deus, quod in nobis est, & praecipue a propensione menti, & mente negligente: necesse est abscisionem comprimere tentationes, ut cogitationes

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat patribus uerberare filios, aut dominis seruos.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod non liceat patribus uerberare filios, aut dominis seruos. Dicit enim Apost. ad Ephes. 9. Vos patres nolite ad ir-

Lib. 2. c. 4. & 10. & lib. 4. c. 21.

Lib. 2. ex. 9. tom. 2.

In decretis dicit, 1. c. Si quis uoluerit, et ca. Si quis per a-

Q. 61. ar. 1. & 2. & q. preced. art. 1. & 2. & 5.

cundiam prouocare filios vestros. & infra subdit, Et vos Domini ea dem facite seruis, remittentes minas: sed propter verbera aliqui ad iracundiam prouocantur, & sunt etiam minis grauiora. ergo neq; patres filios, neque domini seruos debent verberare.

¶ 2 Præf. Philof. dicit in 10. *Eth. quod sermo paternus habet solū admonitionem, non autem coactionem: sed quædam coactio est per verbera. ergo parentibus non licet filios verberare.

¶ 3 Præf. Vnicuique licet alteri disciplinam impedire: hoc enim pertinet ad elemosynas spirituales, vt supra* dictum est. Si ergo parentibus licet propter disciplinam filios verberare, pari ratione cuiuslibet licebit quemlibet verberare, quod patet esse falsum. ergo & primum.

SED CONTRA est, quod dicitur Prover. 13. Qui parcat virga, odit filium suum, & infra 23. Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percussis eum virga, non morietur. Tu virga percussus es, & animam eius de inferno libera bis. & Eccl. 5. 3. dicitur. Seruo maieulo tortura & compedes.

RESPON. Dicendum, quod per verberationem nocuum est quoddam infertur corpori eius, qui verberatur, aliter tamen quā in mutilatione. Nam mutilatio tollit corporis integritatem, verberatio vero tātummodo afficit sensum dolore: vnde multo minus nocuum est, quā mutilatio membri. Nocuum est autē inferre alicui non licet, nisi per modū penæ propter iustitiam. Nullus autem iuste punit aliquem, nisi sit eius iurisdictioni subiectus: & ideo verberare aliquem non licet, nisi habenti potestatem aliquam super illum, qui verberatur licite. Et quia filius subditur potestati patris, & seruis potestati domini, licite potest verberare pater filium, & dominus seruum causa correctionis, & disciplinæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum ira sit appetitus vindictæ, præcipue concitatur ira, cum aliquis se reputat læsum iniuste, vt patet per * Philoso. in 2. Rhetoricæ. Et ideo per hoc, quod patribus interdicitur, ne filios ad iracundiam prouocent, non prohibetur quin filios verberent causa disciplinæ, sed quod non immoderate eos affligant verberibus. Quod verò indicitur dominis, quod remittant seruis minas, potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt remissis minis vtantur, quæ

pertinet ad moderationem disciplinæ. Alio modo, vt aliquis non semper impleat quod communitus est, quod pertinet ad hoc, quod iudicium quo quis comminatus est poenam, quandoque per remissionis misericordiam temperetur.

AD SECVNDVM dicendum, quod maior potestas maiorem debet habere coactionem. Sicut autem ciuitas est perfecta communitas, ita princeps ciuitatis habet perfectam potestatem coercendi: & ideo potest infligere penas irreparabiles scilicet occisionis, vel mutilationis. Pater autem, & dominus, qui præfunt familiæ domesticæ, quæ est imperfecta communitas, habent imperfectam potestatem coercendi secundum leuiiores penas, quæ non inferunt irreparabile nocuum: & huiusmodi est verberatio.

AD TERTIVM dicendum, quod exhibere disciplinam volenti, cuiuslibet licet: sed disciplinam nolenti adhibere, est solū eius, cui alterius cura committitur. Et ad hoc pertinet aliquem verberibus castigare.

ARTICVLVS III.

Utrum liceat aliquem hominem incarcerare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non liceat aliquem hominē incarcerare. Actus enim est malus ex genere, qui cadit supra indebitam materiam, ut supra* dictum est: sed homo habens naturalem arbitrii libertatem, est i debita materia incarcerationis, quæ libertati repugnat. ergo illicitum est aliquem incarcerare.

¶ 2 Præf. Humana iustitia regulari debet ex diuina: sed sicut dicitur Eccl. 1. 5. Deus reliquit hominem in manu consilij sui. ergo videtur quod non est aliquis coercendus vinculis, vel carcere.

¶ 3 Præf. Nullus est coercendus nisi ab opere malo, a quo quislibet potest alium licite impedire. Si ergo incarcerare aliquem esset licitum ad hoc, quod cohiberetur a malo, cuiuslibet esset licitum aliquem incarcerare. quod patet esse falsum. ergo & primum.

SED CONTRA est, quod Leui. 24. legitur, quendam missum fuisse in carcerē, ppter peccatū blasphemie.

RESPON. Dicendum, quod in bonis corporis tria per ordinē considerantur. Primo quidē integritas corporalis substantiæ, cui detrimentū affertur p occisionē, vel mutilationē. Secundo, delectatio, uel quies sensus, cui opponit verberatio, uel quodlibet sensus dolore afficiens. Tertio, motus & usus membrorum, q impeditur p ligationē, vel incarcerationē, seu quancūq; detentionē. Et iō incarcerare aliquē, uel qualitercūque detinere, est illicitum, nisi fiat secundum ordinem iustitiæ, aut in penā, aut ad cautelam alicuius mali vitandi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo qui abuti potestate sibi data, meretur eam amittere: & ideo homini, qui peccatō abusus est libero vsu suorum membrorum, conueniens est incarcerationis materia.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus quandoque secundum ordinē suæ sapientiæ peccatores cohibet, ne possint peccatum implere, secundum illud Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant: quandoque vero eos permittit, quod voluerint agere. Et similiter secundum humanam iustitiam non pro qualibet culpa homines incarcerantur, sed pro aliquibus.

AD TERTIVM dicendum, quod detinere hominē ad horā ab aliquo opere illicito statim ppetrādo, cuiuslibet licet, sicut cum aliquis detinet aliquē ne se psæcipi, ter, uel ne aliū feriat: sed simpliciter aliquē secludere, vel ligare, ad eū solū pertinet, qui habet disponere

1. 2. q. 18. ar. 2. 2.

uniuersaliter